

TERTIE PARTIS.

hola a christo dicta Matt. xx. Ab Abel iusto vsq; ad vltimū electum qui nasciturus est in fine mundi: quoc̄ sanctos protulit tot quasi palmite misit inquit Greg. in Homil. Dicitur ecclesia potius inchoasse in Abel q̄ in Adam: quia Adā & si primo innocens & plenus gratia fuerit: & post lapsum de peccato poenitauerit. vt dicitur in libro Sapientia. & Augu. de pecc. di. j. sicut primi. tamen quia per inobedientiam eius infectū fuit totum genus humanum originali peccato: ideo non videtur conuergere principium ecclesie sibi: ne ecclesia videatur in initium habuisse a peccato: sed peccator: sed Gen. iij. Abel sanctus & iustus fuit iniuste persecutionem & mortē a germano sustinens. In hoc etiam figurans: quia ecclesia & collectio bonorum a fratribus suis persecutiones & tribulationes passura est. Vnde Greg. Abel esse renuit quē Cain malitia non exerceat. vij. q. j. aduersitas. §. vnde Greg. Dicitur em̄ ecclesia inchoasse aliquando ab aduentu spūs sancti in discipulis in die Pentecostes: quod ponit Isido. Et hoc non simpliciter: sed quantum ad plenitudinem in discipulorū personis & gratiis: & quantum ad dilationem veteri per orbem & fidem explicitam articuloꝝ quæ in veteri testamento fuerat implicita: eadem tamen in substantia: vt ait Augusti. Attenditur tertio ista varietas rōne statuum & conditionū & officiorum fidelium quæ sunt varia. vt dicitur. j. & ideo dicitur circumdata varietate.

§. III. PRO MAIORI DECLARATIONE

tionis huius materie status ad quam intrinseca ista pars refertur. Nota q̄ status potest sumi tripliciter. Vno modo proprie & striete. & sic sumit fm̄ Tho. ij. q. clxxxij. ar. in isto §. Secundo modo largius. & sic sumit fm̄ Aug. de Ancho. in seq. §. Tertio modo largissime & improprie p̄ exercitio vel officio vel mō viuēdi cui quis est applicatus. Et sic sumit titulus partis huius. Proprie igitur & striete loquēdo status in corporalibus importat rectitudinem homini conuenientē & quietudinem difficile mobilem: vt scilicet homo sic in corpore se habeat vt caput eius in superiora tendat: & cetera membra conuenienti ordine disponantur: & vt homo quiescat. Vnde iacens vel sedens non dicitur stare: sed quando rectus manet. Et quietiam recti sunt non dicuntur stare nisi quiescant non discurrant. Pro primo dicitur Ezech. ij. Fili hominis sta super pedes tuos. Pro secundo dicitur j. Corin. xv. Stabiles estote & immobiles. fm̄ Tho. Et sic proprie & striete status importat quandam firmitatem in esse spirituali & obligatione cum quadam solennitate sicut in religiosis & episcopis. Circa statum ergo spiritualem tria notantur: videlicet:

- ¶ Evidentia essentia.
- ¶ Conuenientia existentia.
- ¶ Differentia inherētia.

Quantum ad primum statum civilem: & præcipue spiritualis perfectionis tria requiruntur scilicet conditio: obligatio: & solennizatio. Et quantum ad conditionem requiritur q̄ sit sui iuris vt liber non alterius vt seruus. Est autem duplex seruitus spiritualis: sicut & duplex libertas. Est enim seruitus peccati: cum quis ex habitu inclinatur ad malum: & seruitus iustitiæ cum quis ex habitu iustitiæ inclinatur ad bonum. Similiter est duplex libertas a peccato: videlicet cū quis ex inclinatione quam habet ad malum non superatur ab eo propter iustitiam & virtutem quæ est in eo: libertas & iustitia e contrario: cum quis propter amorem iustitiæ: non retardatur a malo: & de vtraq; seruitute & libertate ait apostolus ad Roma. vi. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuitis iustitiæ. nunc vero liberi a peccato: serui autē facti deo: habetis fructum vestrum in sanctificationem: verum tamen quia homo secundum naturalem inclinationem inclinatur ad iustitiam: peccatum autem est contra naturalem rationē consequens est vt libertas a peccato sit vera libertas quæ cōiungitur seruituti iustitiæ: quia per vtrumq; tendit in id quod est conueniens sibi. Et seruitus peccati est vera seruitus: cui coniungitur libertas a iustitia. Et ista domini seruitus iustitiæ & libertas a peccato coniungit hominem in statu spirituali quod ad deum qui inuenit cor. Secundo ad ostendendum statum spiritualem quod ad ecclesiam requiritur aliqua obligatio vel absolutio: non enim ex hoc q̄ aliquis seruit alicui efficiatur eius seruus vel status seruilis. Nam & liberi

seruunt in aliquibus alijs ad Gal. v. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Neq; etiam in hoc q̄ desinet seruire efficiatur liber: sicut patet de seruis fugitiuis: sed proprie ille est seruus qui obligatur ad feruendum: & ille liber qui absoluitur a seruitute. Tertio requiritur ad hoc solennizatio quadam: oportet enim q̄ prædicta obligatio cum aliqua solennitate fiat: sicut & in ceteris quæ inter homines habent perpetuam firmitatem: quædam solennitas: adhibetur: & hæc fit in religiosis per professionem: episcopos per consecrationem. Rayne. post Tho. ij. q. clxxxij. Quantum ad secundum scilicet de conuenientia & existentia diuersorum in ea. Sciendum est q̄ decuit in ecclesia esse diuersitatem statuum. officiorum & unius graduum propter tria bona quæ inde sequuntur: scilicet: i. ecclesia

¶ Ad perfectionem maiorem.
¶ Ad actionem expeditionem.
¶ Ad decorem excellentiorem.
Primum scilicet q̄ decuit varietas statuum in ecclesia ad maiorem perfectionem sic declarat. Sicut in ordine rerum naturalium perfectio que est in deo simpliciter & vniformiter inuenitur: in vniuersitate autem creaturarum non potest nisi difformiter & multipliciter reperiri: ita & plenitudo gratiæ quæ in christo sicut in capite adunatur: diuersissimo de & multipliciter redundat ad membra eius. Et hoc est quod dicit apostolus ad Eph. iij. Ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios autem euangelistas alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum. in opus ministerij: in edificationem corporis christi mystici id est ecclesie: ad circumuentionem erroris. Secundum varietas statuum pertinet ad necessitatem actionum quæ sunt necessariæ ecclesie. Ratio est: quia ad diuersas actiones ecclesie oportet diuersos homines deputari ad hoc q̄ expeditius & sine confusione omnia peragantur. Vnde apostolus ad Roma. xij. Sicut in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habentia: multi sumus vnum corpus in christo. Et Moysi fuit a Ietro consultum ne stulto labore consumeretur q̄ conflueret prouide de omni gente viros sapientes & timentes deum: tribunos: centuriones: quinquagenarios & decanos officiales diuersos ad gubernationem populi. Exod. xvi. Tertio hoc congruit propter maiorem pulchritudinem quæ consistit in varietate cum quodam ordine. Vnde ij. Timo. ij. In magna domo. scilicet non solum sunt vasa aurea & argentea: sed & lignea & fictilia: quod est ad decorem domus. Et in laudem ecclesie ipsæ dicitur in Ps. xliij. Circumamicta varietate: scilicet statuum & officiorum. In cuius figuram legitur q̄ regina Saba videns domum Salomonis: quæ significat ecclesiam & ordinem ministrantium: non remansit in ea officium scilicet præ stupore. Hæc tamen multiplicitas statuum officiorum & rituum qui sunt in ecclesia non rollit vnitatem eius quæ perficitur per vnitatem fidei charitatis & pacis. secundum illud Eph. iij. Ex quo totum corpus connextum per charitatē: cōpactum per fidem: per om̄ iuncturam subministrantium domus scilicet vnus alij seruit. Rayne. post Tho. ij. q. clxxxij. ar. iij. vbi. s. Quantum ad certum scilicet de differentia inherētia. Sciendum q̄ hæc duo differunt perfectio persone & status perfectionis: eo q̄ quicumq; perfectus est in iusta perfectionis est: nec e contrario. Hoc patet tripliciter. Ratione inductione: & autoritate. Ratio ad hoc quia homo dicitur perfectus ex eo q̄ habet actum perfectum dilectionis & gratiæ. Sed dicitur esse in statu perfectionis ex eo q̄ obligat se ad ea quæ sunt perfectionis in aliqua solennitate: vt dictum est. Hæc autem sunt diuersa. Inductione probatur diuersitas eorum. aliqui enim sunt in statu perfectionis qui carent charitate & gratia: sicut mali episcopi & mali religiosi. E contrario aliqui sunt qui habent perfectionem gratiæ & dilectionis: & tamen non sunt in statu perfectionis: vt sunt sæculares perfecti. sicut vult Ludouicus sanctus rex Francorum: Carolus Magnus rex Romanorum. Autoritate probatur quia aliqui obligant se ad id quod non seruant. Et e contrario: aliqui obseruant id ad quod se non obligauerunt vt patet in parabola Matth. xxj. de duobus fructibus quorum vnus imperanti patri & dicens. Vade in vinea & operare. Respondit nolo. postea iuit. Et aliter dicens eo. & non iuit. Sic vt ait Orige. Multi promittunt deo multa facere